

Band IV., Nr. N71, Seite 371-375

Papst Alexander III. nimmt im Anschluss an Akte seiner Vorgänger das Kloster Allerheiligen in Schaffhausen mit genannten Besitzungen in seinen Schutz und verleiht demselben weitere Begünstigungen.

Lateran, 1179. Mai 25.

Alexander episcopus, servus servorum dei, dilectis filiis, Noggero abbati Scaphusensi eiusque fratribus, tam presentibus quam futuris, regularem vitam professis, in perpetuum. Cum teneamur omnibus ecclesiis patrocinium apostolice defensionis impendere, illis sollicitius adesse compellimur, que specialiter ad iurisdictionem Romane ecclesie pertinent et tutelam. Eapropter, dilecti in domino filii, vestris iustis postulationibus clementer annuimus et monasterium vestrum fundatum in fundo bone memorie Eberhardi comitis et ab eo beato Petro oblatum, sicut pie recordationis Gregorius septimus, Vrbanus et alii predecesores nostri ipsum in ius et proprietatem Romane ecclesie receperunt, in eandem proprietatem recipimus et presentis scripti patrocinio communimus. Statuentes, ut quascumque possessiones, quecumque bona idem monasterium impresentiarum iuste et canonice possidet aut in futurum concessione pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium seu aliis iustis modis deo propitio poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus et illibata permaneant.

 In quibus hec propriis duximus exprimenda vocabulis: ipsum scilicet locum Scaphusin cum omni iure, ecclesiam ad Chilihberc¹ cum omnibus decimis ad eam pertinentibus, item in pago Cleggovve in villis Hallaugia superiori et inferiori² predia, item in pago Priscaugia predium in locis Talhusin et Paldignen³ cum omnibus pertinentiis suis, item in Nigra Silua cellam in locis Cravinhusin et monte Stöfin dictis cum propriis et communibus que possidetis, item predium in Amilgersuelt cum omnibus ad eum^a pertinentibus, item decimas in Reitinböch et in prenominate loco Grauinhusin, item villam Nuwenhusin cum investitura ecclesie^b et decimis ad eam pertinentibus, item allodia Widiloch⁴, Hesililoch⁵,

^aSo die Urkunde.

^bDas Original hat als Schreibfehler *ecclesia*.

¹Kirchberg, Büsingen am Hochrhein, KN, A.

²Oberhallau und Hallau.

³Bahlingen.

⁴Ein Ort Widloch im Kt. Schaffhausen?

⁵Hasiloch, abgegangener Ort bei Schaffhausen.

II

Bösingin, Gennarisprunnin et Fula⁶ cum omnibus pertinentiis suis, item predium in Guntrhamingin⁷ et in Nvvenhusin apud Renum tresiusiurnale^c unum et curtem molendinariam, item predium in Öuilingin⁸ cum curte molendinaria et omnibus ad se pertinentibus, item allodium in Luppins⁹ cum investitura ecclesie et advocatia et trium mansorum decimationes et vineam in Malanzis cum decimis, item villam Woluinhusin cum investitura ecclesie et omnibus decimis ad eam pertinentibus, nec non investituram ecclesie in Reminsheim cum decimis suis, item predium in Hemintal¹⁰ cum ecclesia et decimis ad eam pertinentibus, item predium in Wilare¹¹ cum omnibus pertinentiis suis, item allodia Wernheri in Chilcheim¹² et Plidoltshusin cum investitura ecclesie, item predia Tegerslat, Bultisuz cum omnibus pertinentiis suis, item predium in Irmilprunnin¹³ cum omnibus ad se pertinentibus, item predium Arbonis Sunthouin et uxoris eius Matildis Wertungi^d, item Alberti predium Willihers et Isenharts cum investitura ecclesie nec non investituram ecclesie in Siggun cum omnibus appenditiis suis, item predium in Griesingin cum investitura ecclesie, item predium in Seegge cum investitura ecclesie et lacu Titunse, item predium in Witolinchouin et Vaschin¹⁴ cum omnibus ad se pertinentibus, item predium Gerungi et Walteri in Winzin cum investitura ecclesie, item allodium in Nuninwilare cum omnibus appenditiis suis, item predium in Tiecilnchöuin¹⁵ cum omnibus ad se pertinentibus, item predium in Maestirwanch cum pertinentiis suis, item predium Ernest in Nezilwanch cum investitura ecclesie, item predium supra Eggon, videlicet Ruthi, Rorgun-

^cIn der Urkunde steht zwar getrennt *tres ins iurnale unum*, vgl. jedoch FRANZ LUDWIG BAUMANN (HRSG.): Die ältesten Urkunden von Allerheiligen in Schaffhausen, Rheinau und Muri, Basel 1883 (Quellen zur Schweizer Geschichte, 3), S. 80 und S. 91, wo beide Male *tresiusiurnalem unum* steht (ein, drei Tagewerk großes Land).

^dVgl. Urkunde Nr. 406 (WUB, Bd. III, S. 346) von 1122: *Mahtildis de Wertungin*.

⁶Fulach, abgegangener Ort bei Schaffhausen.

⁷Guntmadingen.

⁸Ober- und Unteruhldingen.

⁹Maienfeld.

¹⁰Vermutlich Hemmental, Kt. Schaffhausen, Schweiz, das aber nicht in den Zusammenhang passen würde, wenn es sich bei Weiler um Hinterweiler, Gomaringen, TÜ handelte.

¹¹Möglicherweise eher Hinterweiler, Gomaringen, TÜ, als Wilen bei Herdern, Herdern, Kt. Thurgau, Schweiz, oder Weilerho, Stühlingen, WT.

¹²Wohl Kirchheim, Kirchentellinsfurt, TÜ, A, nicht Kirchen, Ehingen (Donau), UL (früher Kirchheim).

¹³Eher kein abgegangener Ort bei Degerschlacht, sondern Irmilprunnin = Unterweiler, Ulm, UL.

¹⁴Welschhof.

¹⁵Detzeln.

III

wise, Shafstige¹⁶, Hönstetin cum omnibus ad se pertinentibus.
 Cellas autem beate Agnetis in Scaphusa et in locis Hiltinswilare nec non in locis Grauinhusin iurisdictioni monasterii vestri temeritate quorumlibet subthrahi prohibemus, sed in eo semper ordine et religione permaneant, in qua bone memorie Sigrefridi predecessoris tui, fili abbas, sunt rationabili providentia institute, nisi sub obedientia vestra fecerint ad meliora progressum. Ad hec auctoritate apostolica statuimus, ut, sicut a predecessoribus nostris, Romanis pontificibus, vobis indultum est et in eorum scriptis autenticis continetur, abbati vestro liceat cum consilio fratrum instituere quemcumque providerit utiliolem advocatum, ita ut si postmodum inutilis comparuerit, eo remoto alium libere valeat providere. Preterea presenti decreto sanctimus, ut, sicut a predecessoribus vestris consuetum est, ita et deinceps in supradictis cellis, videlicet Grauinhusin et Hiltinswilare necnon in ecclesia Heminthalis, que vicina est monasterio vestro, abbas vester ordinandi ac disponendi liberam habeat facultatem. Sepulturam quoque ipsius loci liberam esse concedimus, ut eorum devotioni et extreme voluntati qui se illic sepeliri deliberaverint, nisi forte excommunicati vel interdicti sint, nullus obsistat, salva tamen iusticia illarum ecclesiarum, a quibus mortuorum corpora assumuntur. Si quas vero decimas ad vestras ecclesias pertinentes recuperare poteritis de manibus laicorum, eas vestris et earundem ecclesiarum usibus decernimus sine contradictione qualibet mancipandas. Preterea predium in Innowe cum pertinentiis suis necnon etiam ecclesiam et advocatiam ipsius loci cum investitura, sicut predium et investituram ipsam rationabiliter possidetis, vobis et vestro monasterio confirmamus. Predium quoque Annonis in Buselinghen cum investitura ecclesie ac suis pertinentiis, sicut ea rationabiliter possidetis, vobis nichilominus duximus confirmandum. Compositionem etiam^e inter vos et presbyterum Albertum plebanum de Innowe coram bone memorie Hermannno quondam Constantiensi episcopo super decimis rationabiliter factam, sicut de libero et spontaneo assensu partium est habita et recepta, ratam habemus et firmamus eamque auctoritate apostolica roboramus. Que utique compositio talis est, quod videlicet vos et prefatus presbyter decimas totius parrochie tam de agris et novalibus quam de curtibus acquisitis et acquirendis inter vos equaliter dividatis duabus villis exceptis, scilicet Dagilswanch et Richin, de quarum altera Dagilswanch videlicet omnes decime in usum presbyteri, de altera vero Richin in usus monasterii vestri cedant sine qualibet questione. Insuper etiam in ipsa compositione fuit additum, ut omnes decime de dote prescripte ecclesie et omne genus holerum et pomorum de-

^eHinter diesem *etiam* steht noch ein *que*, welchem jedoch statt des Perfekts *facta est* das Partizip *factam* folgt.

¹⁶Schafsteig, vermutlich Wald bei Reute / Rorgenwies / Honstetten.

IV

beant ad predictum presbyterum pertinere. Ad hec presenti scripto arctius interdicimus, ut, sicut a predecessoribus nostris statutum est, nulli episcoporum facultas sit sine mandato Romani pontificis in vos vel monasterium vestrum excommunicationis aut interdicti sententiam promulgare, sed sicut estis speciales Romane ecclesie filii, ita speciali letemini privilegio libertatis. Obeunte vero te nunc eiusdem loci abbate vel tuorum quolibet successorum, nullus ibi qualibet surreptionis astutia seu violentia preponatur, nisi quem fratres communi consensu vel fratrum pars sanioris consilii secundum dei timorem et beati Benedicti regulam previderint eligendum. Crisma vero, oleum sanctum, consecrationes altarium seu basilicarum, ordinationes monachorum vel etiam clericorum, qui ad sacros ordines fuerint promovendi, a diocesano suscipiatis episcopo, si quidem catholicus fuerit et gratiam atque communionem apostolice sedis habuerit et ea vobis absque pravitate voluerit exhibere. Alioquin quemcumque malueritis adeatis antistitem, qui nostra fultus auctoritate que postulantur indulgeat. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat prefatum monasterium temere perturbare aut eius possessiones auferre vel ablatas retinere, minuere, aut aliquibus vexationibus fatigare, sed omnia integra conserventur eorum pro quorum gubernatione ac sustentatione concessa sunt usibus omnimodis profutura, salva apostolice sedis auctoritate. Ad indicium autem huius a Romana ecclesia percepte libertatis nobis et successoribus nostris unam unciam auri annis singulis persolvete. Si qua igitur in futurum ecclesiastica secularisve persona hanc nostre constitutionis paginam sciens contra eam temere venire temptaverit, secundo terciove commonita, nisi reatum suum congrua satisfactione correxerit, potestatis honorisque sui dignitate careat reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat et a sacratissimo corpore ac sanguine dei et domini redemptoris nostri Ihesu Christi aliena fiat atque in extremo examine districte ultioni subiaceat. Cunctis autem eidem loco sua iura servantibus sit pax domini nostri Ihesu Christi, quatinus et hic fructum bone actionis percipiant et apud districtum iudicem premia eterne pacis inveniant. Amen. Amen. Amen.

 (*Rundzeichen*¹⁷.) Ego Alexander, catholice ecclesie episcopus, subscripsi. (*Monogramm für Bene valet*.)

 + Ego Hvbaldus, Hostiensis episcopus, subscripsi.

 + Ego Theodinus, Portuensis et sancte Rufine episcopus, subscripsi.

 + Ego Petrus, Tusculanus episcopus, subscripsi^f.

 + Ego Berneredus, Prenestinus episcopus, subscripsi.

 + Ego Iohannes, presbyter cardinalis sanctorum Iohannis et Pauli tituli Pamachii, subscripsi.

 + Ego Iohannes, presbyter cardinalis tituli sancte Anastasie, subscripsi.

 + Ego Iohannes, pres-

^fHier ist für einen weiteren Namen Raum gelassen.

¹⁷Mit der Umschrift: *vias tuas domine demonstra mihi*.

byter cardinalis tituli sancti Marci, subscripsi.

 + Ego Petrus,
 presbyter cardinalis tituli sancte Susanne, subscripsi^g.

 + Ego
 Cinthys, presbyter cardinalis tituli sancte Cecilie, subscripsi.

 +
 Ego Hvggo, presbyter cardinalis tituli sancti Clementis, subscripsi.

 + Ego Arduinus, presbyter cardinalis tituli sancte Crucis in Ierusalem, subs-
 cripsi.

 + Ego Matheus, presbyter cardinalis tituli sancti Marcelli,
 subscripsi.

 + Ego Iacintus, diaconus cardinalis sancte Marie in
 Cosmidyn, subscripsi.

 + Ego Ardicio, diaconus cardinalis sancti
 Theodori, subscripsi.

 + Ego Laborans, diaconus cardinalis sancte
 Marie in porticu, subscripsi.

 + Ego Rainerius, diaconus cardina-
 lis sancti Georgii ad velum aureum, subscripsi.

 + Ego Gratianus,
 diaconus cardinalis sanctorum Cosme et Damiani, subscripsi.

 +
 Ego Rainerius, diaconus cardinalis sancti Adriani, subscripsi.

 +
 Ego Matheus, sancte Marie nove diaconus cardinalis, subscripsi.

 + Ego Bernardus, diaconus cardinalis sancti Nicholai in carcere Tulliano,
 subscripsi.

 Datum Laterani, per manum Alberti, sancte Romane
 ecclesie presbyteri cardinalis et cancellarii, VIII. kalendas Iunii, indictione
 XI^a, incarnationis dominice anno M^o, C^o. LXX^o. VIII^o., pontificatus vero
 domni Alexandri pape III. anno XX¹⁸.

—

Nach dem Original des Staatsarchivs in Schaffhausen.

 An rot-gelber
 Seidenschnur hängt die gewöhnliche Bleibulle dieses Papstes an.

^gHier ist für zwei bis drei weitere Namen Raum gelassen.

¹⁸Das Inkarnations- und Papstjahr stimmen zusammen, auch sind aus dieser Zeit andere
 Urkunden Alexanders III. aus dem Lateran datiert, dagegen ist die Indiktionszahl XII.

Überlieferung und Publikationen

Lagerort:

StA Schaffhausen

Signatur/Titel des Originals:

U 82

Editionen:

Fickler: Geschichte Schwabens, S. 60 (fehlerhaft).

Regesten:

Hidber: Schweizerisches Urkundenregister, Nr. 2398. PHILIPP JAFFÉ (HRSG.): Regesta pontificum Romanorum ab condita ecclesia ad annum post Christum natum MCXCVIII, 2. verb. und verm. Aufl. bearb. von Samuel Löwenfeld, Ferdinand Kaltenbrunner und Paul Ewald, 2 Bde., Leipzig 1885-88 13423. Germania pontificia, Bd. 2,2, S. 19, Nr. 23.

Weitere Angaben

Sprache:

Lateinisch

Ausstellungsort:

Lateran

Ortsindex:

Amertsfeld Wohnplatz (15375)
 Amertsfeld, Grafenhausen, WT
 Bahlingen am Kaiserstuhl EM
 Bahlingen am Kaiserstuhl Gemeinde (9546)
 Breisgau
 Büsingen am Hochrhein KN
 Büsingen am Hochrhein Gemeinde (14271)
 Büsingen am Hochrhein Wohnplatz (14272)
 Büsingen am Hochrhein, KN
 Bütensulz Wüstung (23695)
 Bütensulz, Pliezhausen, RT, W
 Büßlingen Wohnplatz (14706)
 Büßlingen, Tengen, KN
 Degerschlacht Wohnplatz (15970)
 Degerschlacht, Reutlingen, RT
 Detzeln Wohnplatz (15741)
 Detzeln, Waldshut-Tiengen, WT
 Eggen Wohnplatz (20745)
 Eggen, Argenbühl, RV
 Eisenharz Wohnplatz (20749)
 Eisenharz, Argenbühl, RV
 Fulach, Schaffhausen, Kt. Schaffhausen, Schweiz, W
 Gennersbrunn, Schaffhausen, Kt. Schaffhausen, Schweiz
 Grafenhausen Wohnplatz (15383)

Grafenhausen, WT
 Guntmadingen, KT. Schaffhausen, Schweiz

 Hallau, Kt. Schaffhausen, Schweiz
 Hasiloch, Schaffhausen, Kt. Schaffhausen, Schweiz, W

 Hemmental, Kt. Schaffhausen, Schweiz
 Hiltensweiler Wohnplatz (18323)

 Hiltensweiler, Tettngang, FN
 Hinterweiler Wohnplatz (16116)

 Hinterweiler, Gomaringen, Tü
 Honstetten Wohnplatz (14298)

 Honstetten, Eigeltingen, KN
 Illnau, Illnau-Effretikon, Kt. Zürich, Schweiz

 Irmilprunnin
 Jerusalem, Israel
 Kirchen Wohnplatz (16783)

 Kirchen, Ehingen (Donau), UL
 Kirchtellinsfurt Tü
 Kirchtellinsfurt Gemeinde (16124)

 Klettgau
 Maienfeld, Kt. Graubünden, Schweiz

 Malans, Kt. Graubünden, Schweiz
 Meisterschwanden, Kt. Aargau, Schweiz

 Nesselwangen Wohnplatz (18429)
 Nesselwangen, Überlingen, FN

 Neuhausen am Rheinfeld, Kt. Schaffhausen, Schweiz
 Neuhausen ob Eck Wohnplatz (14133)

 Neuhausen ob Eck, TUT
 Nunwil, Römerswil, Kt. Luzern, Schweiz

 Obergriesingen Aufgegangen (33791)
 Obergriesingen, aufgegeg. in Griesingen UL

 Oberhallau, Kt. Schaffhausen, Schweiz
 Oberuhldingen Wohnplatz (18462)

 Oberuhldingen, Uhdlingen-Mühlhofen, FN
 Ostia, Latium, Italien

 Palestrina, Latium, Italien
 Pliezhausen Wohnplatz (15963)

 Pliezhausen, RT
 Porto, Latium, Italien
 Raitenbuch Wohnplatz (8621)

 Raitenbuch, Lenzkirch, FR
 Remmingsheim Wohnplatz (16235)

 Remmingsheim, Neustetten, Tü
 Reute im Hegau Wohnplatz (14311)

 Reute im Hegau, Eigeltingen, KN
 Rikon bei Effretikon, Illnau-Effretikon, Kt. Zürich, Schweiz

 Rom, Latium, Italien
 Rorgenwies Wohnplatz (14312)

 Rorgenwies, Eigeltingen, KN
 Saig Wohnplatz (8623)

 Saig, Lenzkirch, FR
 Schaffhausen, Kt. Schaffhausen, Schweiz

 Schwarzwald
 Siggen Wohnplatz (20860)

 Siggen, Argenbühl, RV
 Sonthofen, OA
 Tagelswangen, Lindau, Kt. Zürich, Schweiz

 Talhausen Wohnplatz (8160)
 Talhausen, Ebringen, FR
 Tusculum, Latium, Italien, W

 Untergriesingen Aufgegangen (33792)
 Untergriesingen, aufgegeg. in Griesingen UL

 Unteruhldingen Wohnplatz (18465)
 Unteruhldingen, Uhdlingen-Mühlhofen, FN

 Unterweiler Wohnplatz (16650)
 Unterweiler, Ulm, UL
 Weilerhof Wohnplatz (15641)

 Weilerhof, Stühlingen, WT
 Weizen Wohnplatz (15642)

 Weizen, Stühlingen, WT
 Welschhof Wohnplatz (15307)

 Welschhof, Bonndorf im Schwarzwald, WT
 Wertingen, DLG

 Widoloch
 Wilen bei Herdern, Herdern, Kt. Thurgau, Schweiz

 Willatz Wohnplatz (20891)
 Willatz, Argenbühl, RV

 Wittlekofen Wohnplatz (15308)
 Wittlekofen, Bonndorf im Schwarzwald,

VIII

WT
 Wolfenhausen Wohnplatz (16236)
 Wolfenhausen, Neustetten, Tü